

generales ab Ecclesia indictas, ad quas uterque Clerus saecularis et regularis accedere consuevisse dicitur. Ad earum tamen nonnullas accedere renuentibus Patribus Ordinis Praedicatorum ejusdem civitatis Episcopus Andrien. instantibus Capitulo Cathedr. et Communitate laica cum eosdem ad illas cogere praetenderet, recursum habuerunt Patres ad hanc S. C. con-questi ulterius super modo invitandi seu vocandi ad eas, a qua requisitus informare idem Episcopus processum desuper construxit medio plurimorum testium examine super solito accedendi ad quasdam ibi enumeratas processiones, prout videre est in summario eorundem testium exhibendo, atque recensuit informans singillatim publicas et consuetas processiones, ad quas omnes de Clero tum saeculari tum regulari, praesertim Patres Oratores per consuetum sonitum Campanae Cathedralis adire cogendos dijudicat, uti fusius in ejus relatione pariter danda in Summario. Monitis igitur Procuratoribus tam Capituli et Communitatis quam ipsorum Patrum Oratorum restat, ut EE. VV. ex deducendis hinc inde resolvere dignentur:

I. An et ad quas processiones accedere teneantur Patres Dominicani Civitatis Andriae?

II. An et quomodo sint vocandi in casu etc.?

S. C. C. resp. ad I. et II.: Servetur solitum et amplius.

Die 11. Jan. 1710.

d) Cleri regul. non est.

Monachi Cassinen. Monasterii s. Sixti Placentinae civitatis accedere non tenentur ad processionem SSmi, quae fieri solet a Cathedrali in octava Corp. Chr. n. 4087 die 9. Maii 1739.

Ad dubium: An religiosi ultra miliare ab Oppidis commorantes tenean-

tur accedere ad supplicationes, quae in Ecclesia matrici instituuntur?

S. C. resp.: Non teneri juxta decretum in Sulmon. die 20. Dec. 1659, si distent a civitate ultra medium miliare. n. 4870 ad 4 die 31. Aug. 1839.

Vd.: *Processio* (oblig. Regul. adest, decr. n. 1934).

Taurinen.

Emi e Rmi Signori.

Il Guardiano de' Capuccini del Convento della Madonna di Capagna Fr. Francesco Domenico da Torino umilmente espone all' Eminenze Vostre Reverendissime, che i Religiosi del sunnominato Convento sebbene distanti dalla Città un miglio, ed un terzo di Piemonte, cioè 4000 passi, sempre intervennero per l'addietro alle solite processioni pubbliche, che si fecero nella Città di Torino, formando però un solo Corpo con i Religiosi del Convento del Monte distante assai meno da quella Città. Siccome peraltro sotto il giorno 1. Luglio dello scorso anno 1834 fu eretta in Parrocchiale la loro Chiesa, li medesimi debbono ora, e per l'avvenire fare le istesse processioni con i nuovi Parrocchiani, e quindi implorano essere esentati dalle processioni, che si fanno in Città. Che ec.

S. R. C. ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente infrascripto Secretario, benigne commisit Rmo Taurinen. Archiepiscopo, ut quoniam per Generale Decretum diei 21. Augusti 1628, confirmatum die 28. Septbr. 1658, Regulares ultra medium miliare a Civitate distantes nequeunt compelli ad processiones, quae ducuntur per Civitatem, pro suo arbitrio et prudentia petitum Indultum Oratori largiatur eo potissimum fine, ut cum parocchia plebe publicas supplicationes instituere valeat. Contrariis

non obstantibus quibuscumque. n. 4761 die 8. Aug. 1835.

Nec possunt Episcopi obligare Regulares ad interessendum cum Clero saeculari processionibus indictae occasione suae primae visitationis. S. C. C. in Anagnina processionis 9. Dec. 1662.

Processionibus publicis cogi non possunt interesse *Clerici Regulares Societatis Jesu*. Gregor. XIII. Constit. incipiente: *Quaecumque*.

Processionibus publicis interesse ab Episcopo compelli non possunt *Clerici Regulares Congregationis S. Pauli decollati*. Sixtus V. Constit. incipiente: *Rationi*.

Processionibus publicis interesse cogi non possunt *Clerici Regulares Matris Dei Scholarum piarum*. Urban. VIII. Constit. incipiente: *Debitum*.

Processionibus publicis ultra solitum cogendi non sunt interesse *Canonici Regulares Congregationis Lateranensis*. S. C. R. in causa Canonice Regular. Lateran. 30. Julii 1616.

Processionibus publicis interesse non sunt ullo modo cogendi *Monachi Congregationis Casinensis*, nisi ad processionem SS. Sacramenti, juxta eorum antiquam consuetudinem. S. C. R. in Placentina 10. Junii 1602.

Processionibus interesse cogi non debent *Monachi Olivetani*. S. C. R. apud Joan. Mariam Novar. in Lucerna Regular. verb.: *Processio* n. 11. et *Barbos*. l. c. n. 13.

Processionibus publicis interesse non sunt cogendi *Monachi S. Hieronymi*. S. C. C. apud Joan. Mariam Novar. l. c. et *Barbos*. l. c. n. 14.

Processionibus publ. interesse compelli non possunt *Monachi SS. Trinitatis Caven.*, quorum Monasterium est immediate subjectum Sedi Apostolicae. S. C. C. 13. Aug. 1579.

Processionibus publ. interesse cogi non possunt *Carmelitae Discalceati*.

Clemens VIII. Constitut. incip.: *Religiosorum*.

Et sic etiam plures alii Regulares, uti constat ex eorum respectivis Privilegiis.

e) Confraternitatum.

Processionibus solitis ut Confratres conveniant, compellere potest Episcopus sub poenis arbitrio illius, maxime stante possessione illos vocandi per Edicta. S. C. C. 21. Jan. 1622 et 8. Maii 1627.

Vd. p. 841 decr. n. 3341.

f) Laicorum.

Vd.: *Processio Corp. Chr.* (oblig. Laicor.).

Ad dubium: An Magistratus debeat associare processiones, quae fiunt cum Venerabili, tum generales tum particulares, et an id praestare debeat sive interveniat sive non Gubernator; et quid de aliis processionibus, videlicet Palm., s. Marci et Rogationum?

S. C. resp.: Processionibus Corp. Domini et aliis indictis pro causa publica, teneri; quo vero ad reliquas teneri interveniente Episcopo. n. 4015 ad 4 die 9. Maii 1733.

46) Officiator.

Cf.: *Officiator*; *SS. Sacram.* (a Celebrante etc.); *Processio* (Dignitas etc.).

Missa sol., quae cantari solet in Ecclesia Colleg. s. Mariae de Molino post processiones, quae fiunt diebus 27. Apr. et 25. Aug. cujuslibet anni, cantanda est ab Archipresbytero et Canonicis dictae Collegiatae etiam dissentientibus Religiosis. n. 4034 ad 2 die 14. Maii 1735.

47) Ordo incedendi Cleri.

Vd.: *Episcopus, assistens Processionibus*; *Canonici* (ordo inced.); *Processio funebr.*; *Process.* (Clerus etc.); *Coena Dom.* (praeced.); *Instructio Clem.* §. XX. n. 10. ... 16. 17., §. XXII. n. 2.; *Processio* (Modus).

decisis, et in casu, de quo agitur, licere Patribus Franciscanis facere processionem die dominica infra octavam SS. Corp. Chr., sed Patribus Ordinis Praedicatorum de mane; Patribus vero de sero, et ita decrevit et servari mandavit die 24. Martii 1696.“

„Attamen non acquiescentibus praedictis PP. Ordinis Min. Familiae Ultramontanae Conventus Quiten. hujusmodi decreto in ea tantum parte, in qua hora peragendi processionem ipsi praescribitur, reposito ab eodem Cardinali Pamphilio in S. R. Congreg. hujusmodi dubio, eadem Congregatio PP. Dominicanis licet citatis non informantibus: In decisis super negotio principali, et licere PP. Franciscanis facere processionem etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo praescribendis, censuit et ita servari mandavit die 7. Aprilis 1696.“

„Sed ab hujusmodi decreto reclamantibus Patribus Dominicanis, proposita iterum causa per praefatum Cardinalem Pamphilius, utraque parte informante, juribus hinc inde discussis, S. Congreg. praedicta rescribendum censuit: In decisis super negotio principali, et licere Patribus Franciscanis facere processionem extra claustra per loca solita, etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo praescribendis et data electione horae Patribus Dominicanis, a qua semel electa non liceat amplius recedere; et ita decrevit et servari mandavit die 1. Sept. 1696.“

„Verum, quia sicut eadem petitio subungebat, dicti Patres Franciscani dubitant, ne executio et observatio decreti hujusmodi a dictis Patribus Dominicanis forsitan impugnari possit, et in simili eventu idem decretum suo frustretur effectu; ideo praedictus Frater Nicolaus ad Nos recurrit humiliter supplicando, quatenus sibi, ut ad executionem dicti decreti juxta illius te-

norem et formam procedat, apostolica auctoritate committere, aliasque sibi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur statum, et merita causae hujusmodi praesentibus etc.“

Deinde committit Episcopo Quitensi, ut contradictores ad exequendum decretum omnibus juris remediis, et facti compellat, ut ibi late, non obstantibus etc.

Romae 5. Kal. Martii 1696.

Et sic expresse fuit resolutum etiam novissime a S. C. Episcop. et Regularium in Tricaricensi processionis die 17. Apr. 1714 et 4. Martii 1717 cum praeciso rescripto: Affirmative, dummodo fiant processionem distinctis horis. Occurrente festo s. Antonii de Padua in dominica infra octavam Corporis Christi, quamvis Patres Dominicanis in dicta die peragant processionem SS. Sacramenti, nihilominus potest a Franciscanis fieri processio de dicto Sancto; fiat diversa hora et data praelatione temporis PP. Dominicanis de mane vel de vespere. S. C. R. in Placentina 30. Apr. 1701 et in Aliphana 18. Martii 1702.

54) Prohibita.

Vd.: *Processio SSmi* (prohibita); *Process. Regularium* (decr. n. 534); *Parasceve* (processio); *Processio in Monial. Ecclesiis* etc.

Processiones ex devotione populi et Confratrum introductae possunt ex causa ab Episcopo prohiberi. S. C. R. in Elbor. 14. Jan. 1617 apud *Barbos*. l. c. n. 10.

55) Publica.

Vd.: *Processio solem.*; *Process. general.*; *Processio ad Episc. nov.* etc.

56) Regressus.

Vd. p. 840 decr. n. 1617.

Regulares accedentes ad publicas processionem non debent, processione

terminata, statim a loco recedere, sed tenentur tam in accessu quam in reditu Ecclesiam, ex qua et in qua functio incipit vel terminatur, ingredi, ibique precibus seu benedictioni assistere usque in finem. S. C. R. in Syracusana 6. Sept. 1636 et in Pisaurensi 7. Martii 1648.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XXIV. n. 1 etc.

57) Regulares inter sese quomodo incedunt?

Vd.: *Processio* (Clerus regul.).

58) Regularium.

(Via, dies, locus.)

Cf.: *Processio extra parochiam*; *Processio* (licentia, indictio Episcopi); *Processio intra vel extra Claustra*; *Processio SSmi Regularium*; *Process.* (terminat.); *Process.* (plures).

Non licet Regularibus s. Francisci Vianae facere processionem extra ambitum et claustrum proprii Conventus cum Cruce elevata aliisque Insigniis eundo per parochias civitatis et territorium illarum invitis et contradicentibus parochis.

Non licet dictis Regularibus simul cum Congregatione saecularium nuncupat. 3. Ordinis s. Francisci facere processionem, quae dicitur *Via Crucis*, per parochias civitatis et territorium illarum sine consensu parochorum. n. 2273 ad 1 et 2 die 24. Maii 1664.

Servari Bullam Clementis PP. VII. (*), qua Patribus s. Dominici processionem cum SSmo etiam per vicus et plateas cujuslibet loci facultas ducendi tribuitur. n. 1759 die 10. Julii 1655; n. 2279 die 12. Julii 1664; n. 3130 ad 1 die 22. Febr. 1687.

Episcopum in universa dioecesi absque parochi licentia posse facultatem tribuere processionem peragendi per vias et plateas publicas, prout sibi

*) Dictam Bullam de die 25. Sept. 1592 vd. in Bull. r. t. III. p. 17.

benevisum fuerit eas ducendi, ideoque fratribus B. M. de Carmine Albani licere processionem in solemnitate B. V. M. de Monte Carmelo peragere etiam per vias intra limites parochiae cum sola licentia Ordinarii et absque ullo ipsius parochi consensu seu licentia et ita in posterum servari et amplius non molestari voluit et mandavit S. C. n. 2512 die 9. Aug. 1670.

Regularibus obtenta licentia ingrediendi limites parochiae non licere facere processionem *eadem fere hora, eadem die, eodem in loco et per eadem vias*, in quibus Clerus paroch. ad processionem procedit, sed semper esse praefendum Clerum paroch. n. 2574 ad 2 die 19. Dec. 1671.

Processiones fieri solitas per fratres Augustinianos Corinaldi per vias, ut dicitur *la Morata et il Terreno* extra claustra posse fieri de consensu parochi. n. 2632 ad 1 die 6. Maii 1673.

Regulares non possunt facere processionem intra limites parochiae, parochi invito vel irrequisito, nisi de licentia Episcopi. n. 2970 ad 6 die 22. Nov. 1681.

Processionem cum SS. Sacramento facere maxime per limites parochiae et Ecclesiae Collegatae fratribus Conventualibus non licere. n. 510 die 28. Aug. 1615; n. 513 die 14. Nov. 1615; n. 529 die 18. Febr. 1617.

Non licere Priori et Canonicis Ecclesiae Colleg. et Regularis Ordinis s. Augustini in festo Dedicationis Ecclesiae suae facere processionem per plateam seu forum ante Ecclesiam consistentem, in quo merces et comestibilia publice venduntur, sub quovis praetextu, quod in dicta platea sit Coemeterium, et in eo fuerint aliquando sepulta corpora mortuorum, sed processionem debere facere intus Ecclesiam et Coemeterium tantum intra claustrum existens. n. 534 die 18. Mart. 1617.

48) Ordo incedendi viror. et foemin.

Rituale requirere, ut in processio-
nibus post Clerum viri a foeminis se-
paratim incedent; caeterum quoad lo-
cum et modum eundi nihil statuisset.
n. 1387 die 31. Maii 1642.

Vd. p. 801: *Laicor. ingress.*

49) Ornatus viae Process.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XXI. n. 2—5; *Pro-
cessio Corp. Chr.* (via).

50) Paramenta.

Vd.: *Stola; Pluviale; Instructio Clem.*
§. XXI. n. 7. 8., §. XVIII. n. 1—6; *Reli-
quia; Processio* (Canon. Cathedr.; Canon.
Colleg. parat; Clerus infer. parat.); *Process.*
(Oblig. interess. Cleri saec. adest).

Si in ternis Dominicis mensis can-
tata missa solemni de dominica cum
commemoratione SS. Sacramenti fit
processio, Celebrans et Ministri de-
bent uti paramentis coloris dictae
missae convenientis etiam in proces-
sione, non obstante, quod sit violacei
ut in Quadragesima et Adventu; sed
albo utendum super humeros velo.
n. 2864 ad 6 die 9. Julii 1678.

Quatenus Sacerdos, qui vespas
paratus celebravit, non recedat ab
altari et assistat cum concioni tum
precibus, reservationem faciendam esse
cum paramentis coloris respondentis
Officio diei et velo humerali coloris
albi, si illud adhibeatur. Quatenus
vero recedat et reservatio habeatur
tamquam functio omnino separata et
distincta ab Officio vespas, uten-
dum esse paramentis coloris albi.
n. 4503 ad 1 die 20. Sept. 1806.

51) In Parasceve.

Vd.: *Parasceve* (process.).

52) Extra Parochiam.

Vd.: *Confraternitas; Processio Regularium*
(decr. n. 2273, 839, 991, 1507, 1795, 873,

3825); *Processio* per civitat.; *Processio* (li-
centia); *Processio funebr.*

Non licere facere processiones per
limites alterius parochiae. n. 1204
die 10. Martii 1640.

In aliena Ecclesia parochiali non
posse per Archipresbyterum fieri pro-
cessionem, invito proprio paroch.
n. 1263 ad 3 die 15. Sept. 1640.

Processio faciendae post vespas diei
festiv. Corp. Chr. transire non potest
per vias magis conspicuas Vallettae
etiam intra limites alterius parochiae
irrequisito altero paroch. n. 3957
ad 9 die 27. Febr. 1723.

Non licere PP. s. Dominici Miniati
in die Corp. Chr. post vespas ducere
processionem cum SSmo extra limites
propriae parochiae, nisi obst. quacun-
que immemorab. consuetudine, nisi de
licentia Ordinarii. n. 2232 die 16. Jun.
1663.

Quia in process. SSmi Sacramenti,
quam facit Ecclesia paroch. S. Mariae
de Gambio Terrae Sarracen. Cassanen.
dioecesis, in die dom. infra octavam
festi Corp. Chr., Episcopus decrevit,
ut ea non possit duci intra limites
alterius parochiae S. Leonis sine li-
centia parochi S. Leonis; orta contro-
versia super validitate et executione
dicti decreti episcop. S. C. mandavit:
Servari solitum et decreta alias edita
non obstante novissimo decreto Epi-
scopi. Die 20. Jun. 1654.

Posse Episcopum concedere licen-
tiam ingredi limites alienae parochiae
pro ea tantum parte, quam ad decentem
circuitionem processionis iudicaverit
expedire. n. 2937 die 11. Jan. 1681.

Orta inter Capitulum Ecclesiae Ca-
thedralis Fundanae necnon Archipres-
byterum Ecclesiae Collegiatae S. Ma-
riae de Platea et Confraternitatem
mortis in eadem Fundorum Civitate
controversia: An nimirum Ordinario
liceret facultatem concedere, ut prae-
dicta Confraternitas die domin. infra

octavam Corp. Chr. processionem cum
delatione SS. Sacramenti habere possit
et parochiam Cathedr. Ecclesiae, et
respective Ecclesiae Colleg. praedictae
spatio viginti passuum attingere, in-
vitis parochis?

S. R. C., referente Emo et Rmo
D. Card. Abduci, respondendum cen-
suit: „Affirmative et ad mentem;
mens autem fuit, quod Ordinarius im-
posterum abstineret a concessione
hujusmodi processionum, quae limites
Parochiae quoque modo pervadant.“
n. 3852 die 8. Apr. 1713.

Processiones fieri posse a Canonicis
Cathedralis etiam per limites parochia-
rum sine licentia Curati. S. C. R. in
Thelesina 28. Aug. 1615 et 15. Junii
1619.

53) Plures eodem die.

Processiones duas *eodem die et*
eodem loco habendas non esse, sed
illos (Confratres) manutenendos esse
in quasi possessione, qui processione
facienda sunt antiquiores; recentiores
vero aliam sibi diem non impeditam
eligere debere. n. 1426 die 24. Jan.
1643.

Vd.: *Processio Corp. Chr.* (duae
eod. temp.).

S. C. ad removendam aemulationem
Regularium circa expositiones et pro-
cessionem cum SSmo in civitate et
dioecesi Posnaniensi, minuentem ejus-
dem SSmi decentiam, cum saepissime
una eadem die simul in quatuor, quin-
que et sex Ecclesiis dictae expositio-
nes et processiones peragantur, ita ut
vix aliquot personae assistentes in
Ecclesia reperiantur, declaravit in-
haerendo aliis declarationibus in simi-
libus factis: Non licere Regularibus
praedicta agere nisi de licentia Epi-
scopi et proinde esse permittenda et
prohibenda ejus arbitrio et prudentia.

Die 16. Julii 1672.

Eadem die possunt plures fieri pro-
cessionem a diversis Regularibus, dum-
modo fiant distinctis horis, prout In-
nocentius XI. disposuit in causa ven-
tente inter Fratres Ordinis Minor. et
PP. Ordinis Praedicatorum in Indiis
Constit. incip.: *Sua Nobis*, in qua sic
expresse habetur:

„Cum S. R. C. sub die 10. mensis
Februarii de anno Domini 1605 de-
crevisset, competere PP. Dominicanis
jus peragendi processionem SS. Corp.
Chr. domin. infra octavam illius, pri-
vative ad PP. Minores de Observ., et
signanter in civitate Quiten., ita tamen,
ut liceret eisdem PP. Minoribus eadem
die domin. infra octavam facere pro-
cessionem intra Claustra eorum Con-
ventus“ pro parte eorundem PP. Do-
minicanorum Provinciae Quiten. habi-
tus recursus ad san. mem. Innocentium
Pap. XI. praedecessorem nostrum ad
obtinendam specificam confirmationem
praememorati decreti, quam eis idem
Innocentius praedecessor benigne im-
pertitus est per literas in forma Bre-
vis incip.: *Emanavit*, sub die 26. Mart.
ejusdem anni 1685 expeditas.

„Verum causa hujusmodi, cum ju-
ribus ex tunc ad Urbem pro Patribus
Franciscanis allatis, iterum coram ea-
dem S. Congreg. ad plenum discussa,
ipsamet Congregatio Decretum edidit,
quo praescripsit, quid tandem obser-
vandum sit ab utraque parte circa
praedictam processionem, tenoris se-
quentis, videlicet: In causa Quiten.
inter PP. Dominicanos Ordinis Minor.
Familiae Ultramontanae, Conventus ci-
vilitatis Quiten. ex una, et PP. Do-
minicanos ejusdem civitatis ex altera
partibus a dilecto Filio nostro Cardi-
nali Pamphilio reposita dumtaxat
super dubio processionis SS. Corporis
Christi eadem S. C. auditis utriusque
partibus, tam in voce quam in scriptis
informantibus, censuit, recedendum a